

p. I et victoriati, petroselini X p. I et victoriati, scordii X p. III, piperis albi X p. I et victoriati, piperis longi X p. I et victoriati, phu Pontici seminis X p. III, rapae seminis X p. III, nardi folii X p. III, scillae victoriati pondus, feniculi seminis X p. III, mellis Attici quod satis erit. ad venenum et ad serpentes ex vino, ad ceteros dolores interaneorum ex 5 aqua.

## Antidotos Marciani medici

CLXXVII. Antidotus Marciani medici, cui quia nihil deest, telea dicitur Graece, id est perfecta. facit ad omnia haec una, ad quae superiores antidoti omnes. haec Augusto Caesari componebatur: cinnami X p. VIII, 10 amomi X p. VI, cassiae nigrae X p. XXV, croci X p. XVI, schoeni X p. V, thuris X p. V, piperis albi X p. II, myrrhae X p. X, piperis longi X p. X, nardi Indicae X p. X S, nardi Celticae X p. XVI, rosae aridae X p. VI, costi albi X p. II, opobalsami X p. III, laseris Cyrenaici victoriati pondus vel Syriaci X p. I, stycados X p. VI, gentianae X p. V, trifolii 15 acuti radicis X p. III vel eiusdem seminis X p. III, scordii X p. XII, polii X p. V, asari X p. II, acori X p. III, phu X p. XXXII, misy X p. II, dictamni X p. XII, ammoniaci guttae X p. III, agarici X p. duum semis, balsami seminis grana numero XX, petroselini X p. VI et victoriati, rutae silvaticae X p. trium semis, feniculi seminis X p. trium semis, dauci Cre- 20 tici X p. III, anesi X p. II, cumini Aethiopici X p. II, rapae seminis X p. V et victoriati, napi silvatici seminis X p. III, anatis feminae <sanguinis> recentis X p. II, anatis masculi sanguinis aridi X p. III, haedi masculi sanguinis aridi X p. III, testudinis marinae sanguinis aridi X p. VI S, anseris masculi sanguinis aridi X p. III, mellis Attici quod satis 25 erit. facit ad omnia. haec ego composita habeo.

CLXXVIII. Quoniam antidotos, quas optimas scivimus, posui in facientibus ad omne malum [vitium aliud] medicamentum, etiam ex multis rebus, simplicia quoque medicamenta et propria remedia monstrabimus. interdum enim haec melius adversus quaedam quam antidotos faciunt. 30